

sentiant, omnia sustinere tormenta“. Expavit rex ille Christianissimus ad hec verba, suspiravit, ingemuit, lacrimatus est pre nimiaⁿ tristitia; cepit se excusare fortiter: „Non feci“, inquit, „hoc studiose. Nox iter meum impedivit. Non potui sero Parisius, ut proposueram, pervenire. Me non cogente terra illa in expensis me honoravit. Pro certo non contradixi. Penitet me modo illorum hominum servicia gratuita, quia conversa sunt mihi in verecundiam, suscepisse. Veniat episcopus N.,^o veniat et Clemens decanus et^p omnes canonici et^q ipse eiusdem ville prepositus. Si culpabilis sum, satisfacere volo; si inculpabilis, eorum volo stare consilio“. Rex ille quasi agnus mansuetissimus ante ianuas ecclesie clausas in oratione remansit. Nuntius ad episcopum audita regis patientia^r cucurrit. Gavisus est episcopus et^s canonici. Aperiantur ianue. Intrat rex ecclesiam cum maxima pietate. Orat, ut consueverat, humiliter et devote. Dat ipsum episcopum fideiussorem canonicis pro satisfactione. Episcopus vero duo sua candelabra donat eis argentea, donec rex, quicquid ibi expendit, deberet restituere. Per virgam autem, que, ut credo, usque in hodiernum diem inter privilegia ecclesie cum magna cautela reposita est, canonicis satisfecit, eam propria manu ponens super altare, in qua, quia satisfactio scripta erat in memoriam libertatis ecclesie, in hoc, quod^t servaretur sub fideli custodia, et rex et episcopus et canonici unanimiter convenere^u.

Rex iste fuit ex regali prosapia a progenie in progeniem ortus.

D.

Bei Kopfschmerz nimm Lorbeerbeeren, zerreibe sie mit Essig und Öl, erhitze sie und streiche sie auf den Kopf. Auch wirkt ein junger Ziegenkäse, auf die Stirn gelegt, Wunder. Ebenso reibe Raute sehr fein, gib Rosenöl hinzu, mach es mit Essig an und reibe damit die Stirn ein. Für Haarwuchs nimm sehr fetten Aal, koche ihn, mache damit eine Paste und reibe kräftig ein, wo du die Haare wachsen lassen willst. Bei Zahnschmerzen laß vier Lorbeerbeeren mit Wein kochen und halte sie lange im Mund. Oder koche eine Wurzel vom Eisenkraut mit altem Wein ab und spüle damit öfters die Zähne. So groß der Schmerz sein mag, es hilft wunderbar. – Zusatz von anderer, etwa gleichzeitiger Hand Clm 23502 fol. 41v.

n) pro nimia Martène.

o) Theobaldus episcopus stellt um Martène.

p) ve-

niant Martène.

q) veniat et Martène.

r) praesentia Martène.

s) gavisus

sunt Martène.

t) quid Hs.

u) Der folgende Satz steht nicht bei Martène.

Dessen Schlußteil Hic sancte memorie – debeat excusari fehlt in Clm 23502.